IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477

Seite 22v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Vere in deo meo cxpiar qm̄ Deus meus talis est qm̄ in-
polluta via eius nichil eni̅ immundū precipit lex eni̅ domi
immaculata est et eloquia sua sunt purissima et splen-
dida ut argentū igne examinatū et plenus pietate qm̄
protector est omn̄ sperancu in se

Propheta contra paganorū infamiam qui sibi deos mul-
pharia ~~fictate~~ finxerunt dicit Bene dixi deus meus
Quoniam quis deus preter domi̅ nr̄i ex debito serui-
mus aut quis deus p̄ter deum nr̄m quem iustissime
adoramus et colim⁹ quasi diceret nullus quia alij sūt
dij falsi sicut ydola gentium

Et ip̄e est Deus qui primo armauit me et p̄cingeit
virtute ut fortis sim ad pungnandū contra dyabolum
siue ad aggrediendum ardua et posuit immaculatā viā
meam sine sorde pc̄ti

Videtur vox xpristi

Et ip̄e deus est Qui p̄fecit effectus meos directos in
via dei agiles et veloces tamqm̄ ceruorum ad transiliend̄a
sine lesione huius seculi impedimenta vmbrosa et spinosa
et collocauit et fixit in celo cordis mei intencionem et
desiderium

Et ip̄e est Qui me tantū ab imminentibus insidijs et
prudentem in expugnacōne dyaboli fecit et posuisti ut
arcum ereum brachia mea dando michi inflexibilem cō-
stanciam ad bene op̄andum

Et protexisti me ad salutem quia fortitudo mea
parum p̄desset nisi p̄tectio tua adesset et potencia diui-
initatis tue humanitatem meam assumptam in eterna
maiestate constituisti

Disciplina tua p̄ria qua quos diligis corripis correxit

+ falsitate